

nus Secundus, proprio testimonio confirmassent.

## EXTERNI.

## ANNEVS SENECA.

**V**T autem Romanos externosque conueniens & extrema participans iunctura conglutinet. L. Anneus Seneca, Cordubensis originis, sed Romanæ virtutis, hanc diuinam sibi memoriæ vbertatem, vsq; ad miraculum contigisse restatur: nec credibile est tantum virum falsò quicquam gloriari. Ait enim se duo milia nominum recitata, eodem ordine reddidisse, & ducentorum atque amplius discipulorum totidem versiculos, cum finguli singulos dixissent, ordinem retrogrado recitasse. Nec inferior laus illa que sequitur: Addit enim eam sibi memoriæ fuisse, non ad complectendum ea quæ audierat, sed ad continendum quorum alterum ex agilitate consequendi, facultatem dimittendi, alterum ex retinendi diuturnitate, capiendi segnitiam annexam habere consuevit.

## LATRO PORTIVS.

**L**Atronis Portij memoriam, mori vetat Seneca: Perierat nisi ille scriptis

c. ij.